



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 51. S. Gregorius Ecclesiae Nazianzenae cum Patre praest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. LI.

*S. Gregorius Ecclesiæ Nazianzenæ
cum Patre præest.*

Carm. p. 8. 9. Sanctus Gregorius Senior non diu filium in illo secessu vivere passus est; primo quidem hortando instabat, ut Regimen Ecclesiæ suæ Sasimensis suscipere, cum vero hac ex parte inflexibilem invenisset, rogavit, ut secum Ecclesiæ Nazianzenæ onus vellet partiri, seque in extrema Senectute adjuvare; Gregorius instantissimis precibus Parentis, se teneri me amantis, resistere non voluit; noluit tamen se obligatum videri, ut post obitum Patris Episcopatum urbis suscipere, cum ad id nec promisso, nec canonica

Orat. 8. Electione teneretur. Hac occasione pro concione dicens, ad Patrem suum conversus ait: *non immerito, Pater! illam tuam animi magnitudinem, Majoribus nostris dignam, admiror; scrupulum contempsisti, quo multi nostro ævo laborant. Non times, ne sint, qui dicant, hic bonam Ecclesiæ tuæ Spirituale obtendi, quo amor carnis, & sanguinis involvatur, cum quotidie plerique minimi gregis curam, rem magnam, & Regni quoddam genus existiment.* Edicit deinde, se nihil aliud promittere, quam Patrem Senem adjuvare, postea vero libere Spiritus S. instinctum secuturum, nec cuiquam jus fore, ut Patre mortuo invitum ad suscipiendam curam

p. 148.

ram Episcopalem cogat. *Nam a Christi-* Sæculum IV.
A. C. 374.
stianorum lege, inquit: abhorrens est, in-
uitos cogere, omnia libere fiant, Episcopi
Magistratus non sunt, sed Præceptores;
Religionis Mysterium plena voluntate sus-
cipientibus proponendum est, non cum im-
perio obtrudendum.

Dum S. Gregorius cum Patre suo Ec-
 clesiam Nazianzenam regit, Hellenius
 ejus amicus tributi Cæsareis in ea urbe
 Præfectus erat; ab hoc petiit Gregorius, *Bas. ep. 33.*
 ut decem, duodecimve Monachis faveret, *259.*
 illis ipsis, quorum jam antea meminimus, *Sup. §. 16.*
 & quorum præcipui erant Cledonius, Eu-
 lalius, Helladius, & Carterius. Promi-
 fit Hellenius, eorum sibi maximam cu-
 ram fore, atque in bonæ voluntatis præ-
 mium poposcit, ut sibi S. Gregorius ali-
 quod opus, quod ipse composuisset, com-
 municaret. S. Gregorius altera die Ele- *Carm. 47.*
 giam trecentorum sexaginta octo ver- *p. 106.*
 suum ei submitit, in qua singulariter vi-
 tam Monasticam laudibus extollit, eos-
 que, qui in urbe Nazianzena hoc vitæ ge-
 nus profitebantur. In his versibus can-
 endo refert, inter illos Monachos ali-
 quos esse, qui catenis ferreis se onera-
 rent, ut attererent corpus, alios, qui cel-
 lulis suis inclusi a nemine conspici sustine-
 rent, alios qui viginti diebus, & viginti
 noctibus nihil cibi sumerent, ut medium
 tempus, quo Christus jejunasset, exple-
 rent.

Sæculum IV. rent.

A. C. 374.

erat, qui ab omni eloquio abstin-
nebat, solo Spiritu Deum laudans; alius
annos integros in Ecclesia perseverabat,
extensis manibus, nunquam dormiens. sicut
statua inanimata. Hæc rigoris prodigia,
nisi tanta esset testantis auctoritas, omnem
fidem superarent. In decursu nostræ narra-
tionis alia ejusmodi exempla occurrent. S. Gregorius indignans
refert, fuisse plures, qui hos Monachos
tanquam proprii corporis interemptores
damnarent. Ulterius in Laudes Virgi-
num excurrit, narratque, quosdam Na-
zianzi in communitate, alias apud Paren-
tes suos vivere. (*) Gloriat, in urbe
sua Nazianzo, quamvis esset valde parva,
magnum piissimorum Christianorum nu-
merum invenire esse. §. III.

(*) Hic Interpres Protestans, qui ter quater
ve iterum textus, de Eucharistia, vel S. Commu-
nionem, loquentes, pessime reddidit, brevem sub-
juxit. Notam: Wo Gregorius als ein Prediger
und Verehrer der Einsiedelei und des Mönchs-
Standes diese Exempel nicht übertrieben hat,
so muß man wenigstens bekennen, daß durch
dergleichen Strengigkeiten Gott kein ange-
nehmer Dienst geleistet werden können. . . .
man findet auch, daß dergleichen übertrieben
Übungen überhand genommen, je mehr sich
die wahren Vorstellungen von der Religion
Jesu verlohren. 2c. Respondeo. Ex infolito
paucissimorum hominum vivendi rigore ad totam
Ecclesiam Catholicam nihil deduci, nihil con-
duci.